



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Regulae Cancellariae Urbis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

git citare reum, tunc ille iudex extra territorium suum poterit citare illum. Bar. in *Extravag. ad reprimendam, in versi. per edictum*, vide plenius Gom. *tract. de neglig. in q. 28. de triemali poss. casu 193.*

Ad quartum, gl. in d. c. *de foro comp.* dicit, quod in contractibus sit locus remissioni, gloss. in d. §. *contrahentes*, dicit quod non, idem Abb. & Butrius in d. c. *de foro compet.* & Covar. loco cit. dicit quod sic, quando intervenit iuramentum, tamen dat modum practicandi, ut in citatione inseratur contractus, ad hoc, ut iudex domicilii, vel loci, in quo reperitur ille, qui se obligaverat, agnoscat ius legitima cognitionis, & petitus fiat remissionem, & sic habet non sufficere solum contractum ad causandam remissionem, sed vel domicilium, vel residentiam, & quod dixi in contractu iuramento vallato esse locum remissioni, idem dico de obligatione facta in forma Cameræ, per d. Sta. Galleii, in *formula, q. 2. n. 1. 2.* vide Iser. in *usib. feud. in rubr. qua sunt regalia, nu. 46.*

Ad quintum, videto Boer. *decis. 203. num. 12.* ubi dicit, ex mente multorum, quod remissio debet fieri sumptibus Clerici capti, si est solvendo, aut in defectum instigantis, vel Episcopi requiritis, vel fisci, aut alterius iudicis capientis.

Postremo, Clericus homicida ex proposito, & industria, non repertus tempore homicidii, & captionis in habitu Clericali, & tonsura, non gaudet privilegio fori, & consequenter non debet remitti; Abb. Hosti. Io. And. & Butr. in c. *perpendimus, de sent. excom.* Boer. *decis. 69.*

*num. 17.* similiter Titius est Romæ, & mandat homicidium fieri Neap. & sortitur effectum, an ille mandans debeat remitti ad locum delicti, requirente iudice illius loci; pro utraque parte disputat Guid. Pap. q. 104; tandem concludit affirmativè.

Ad sextum, respondetur affirmativè, etiam invito Clerico, c. *dilectus, §. c. si iudex laicus, de appell.* & ibi Innoc. Bald. in l. 1. ff. *de rev. vend.* Felin. in *ca. licet, notan. ultimum, de proba.*

Ad septimum, Cap. Tolos. q. 319. tenet quod non: sed vide ibi plura pro practica.

Ad octavum, respondetur, quod gratia non valet, Navar. *cons. 1. num. 48. de consuet.* Ratio est, quia animus Principis redditur difficilis, per Regulam, *Qui semel malus.*

#### REGULÆ CANCELLARIÆ URBIS.

Regulæ Cancellariæ de infirmis resignantibus habent locum etiam in resignationibus, quæ fiunt coram Ordinariis, Gom. in d. 3. q. 26. Selva *tract. de benef. 3. p. q. 47. n. 3.* similiter & de regula, de idiomate, Gom. in d. *Reg. q. 6.*

Secundò, an Regulæ Cancellariæ obligent extra Curiam Romanam? vide eund. in q. 2. *proem. Reg. Canc.*

Tertiò, quomodo concedantur in Urbe, & extra, vide eundem ut *sup. col. si. ver. §. tamen circa.*

Quartò, quando intelligatur dictis Regulis esse derogatum? vide in q. 6. *proem. col. 1. in fine §. col. 4. & q. 5. col. 1.*

Facit

Facit Bulla Pii IV. *quæ est 87.* & Rebuff. *pract. benef. tit. de forma provisto. in ver. non obstantibus; & in ver. vel assequutionem.*

Quintò, quam Io obligent Sanct. Roman. Eccl. vide Gom. *ubi supra. q. 5.*

Sextò, sententia lata contra Regulas Cancellariæ, an teneat vide *eund. quest. 5. col. 4. & q. 4. de ann. possess. & an annullentur acta, & processus fabricatus contra dispositionem illarum, nisi opponatur, vel excipiatur, vide eund. questio. 9. de impet. benef. per obit. famil. Card.*

Septimò, Regulæ Cancellariæ expiant mortuo Papa, Gom. *q. 2. proemiali Reg. Cancell. n. 2. Gemin. cons. 63. Caputaq. dec. 213. p. 2. & decis. 41 p. 3.*

Octavò, Regulæ Cancellariæ habent vim legis, & sunt servandæ, præsertim vivente eorum conditore, Cap. Tolos. *q. 444.* & ibi Addit.

ROTÆ TRIBUNAL URBIS,  
SEU DECISIONES IPSIUS.

Rotæ tribunalis decisiones faciunt communem opinionem, Gom. *q. 2. in proem. Reg. Cancell. col. 8. ver. 4. pro ista opinione, & q. 5. ibidem,* ubi dicit stylum Rotæ haberi pro lege, & ite contra ipsum, est instar sacrilegii, idem *in cap. 1. n. 49. de judic. lib. 9. facit l. nemo, C. de sent. & l. fin. C. de legib. Afflict. dec. 383. nu. 8.*

RECTOR.

Rectores Ecclesiarum possunt compelli ad reparationem Ecclesiarum, de redditibus beneficii, si super sunt, Pan. *inc. ad aud. entiam, n. 1. & infra de*

*Eccl. adif. vide in ver. visitatio, §. 3. ver. sed dices.*

RECURSUS.

Primò, à Suffraganeis ad Metropolitanos, vel ab inferioribus ad superiores, multis modis haberi potest. recursus, & circa Confessores, vide *in ver. Confessores, §. 7.*

Secundò, de absentatione, vide *in ver. residentiam, §. 2.*

Tertiò, in appellatione, vide *in ver. appellatio, §. 1. & in ver. Archiepiscopus.*

Quartò, in institutione, vide *in ver. jus patronatus, §. 8. dub. 3.*

Quintò, in causis inter Episcopos, Suffraganeos, & eorum subditos, vide *in ver. Archiepiscopus, & in ver. appellatio, §. 16.*

Sextò, circa assensum præstandum; ubi negari non potest, vide Pan. *inc. avavitia. n. 6. de præben.*

Septimò, per modum querelæ, vide *in ver. appellatio, §. 27.*

Octavò, quibus causis, etiam sine appellatione; vide *ibidem, §. 13.*

Nonò, in reprobatione examinanti in examine per concursum, vel alias, vide *in ver. parochia, §. 2. dub. 9.*

Decimò, in literis dimissorialibus, vide *in ver. dimissoria, §. 10.*

Undecimò, in licentiis causa studii, vide *in ver. studium, §. 1.*

Duodecimò, in devolutione beneficiorum, vide *in ver. beneficium, §. 2. Follet. 2. & §. 3. concl. 3. Abb. inc. ex parte, n. 17. de concess. præb.*

Decimotertiò, in devolutione juris